



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Galeoti Martii Narniensis De Homine Libri Dvo

Galeottus <Martius>

Basileae, 1517

Genae

urn:nbn:de:hbz:466:1-31834

DE HOMINE EXTERIORI LIBER PRIMVS. 6

sunt alij ad alios morbos prodiuiiores. itaq; dicimus graue Grauedi-
dinosos quosdam, quosdam tormentinosos. no quia iam sint, nosus.
sed quia saepe sint ita. Catullus

Sentire cesso q; grauedinem & tussim.

Et polypus nasi morbus est. In naribus enim caro corrupta Polypus.
radices agit plurimas, quæ tanq; pedes sunt, & hinc nomen
acepit. Nam ut polypus piscis est, quæ quidam latine remora
uocant. Horatius primo Sermonum.

Turpia decipient cæcum uitia, aut etiam ipsa hæc

Delectant, ueluti Balbinum polypus Agnæ.

A polypo polyposus. Martialis.

Nasutum uolo, nolo polyposum.

Sed qui sine naribus nascuntur, habentes tantummodo fo- Polypo/
ramina pro naribus, Bossimos & Simones cognominauit sus.
latinitas, ut ait Plinius, xi. naturalis historiæ. Pili uero qui Bossimi.
in naribus sunt Vibrissæ ideo dicuntur, quia cum euelluntur Simones
vibratur caput, ut ait Pompeius Festus. Ciliū dixim⁹ extre- Vibrissæ
mum genæ superioris uocari. Cilium.

GENAE



ENA uero est, quicquid inter barbam id est eā Genæ:

partem quæ in facie pilo uestitur, & cilium est.

Nam quæ oculos tegunt, genæ appellantur.

Quintilianus de cæco. Illa perpetua nocte
clausæ genæ non custodierunt. Plinius undecimo, Omni-
a insectæ non habent genas, nec integunt oculos. Est ge-
na inferior, quæ ab inferiori, & superior quæ a superiori par-
te oculos claudit. Gena usque ad malas se extendit, immo
ipsæ malæ ab antiquis genæ uocabantur. huius rei testis est

b 2 Plinius



GALEOTTI MARTII NARN.

Malæ. Plinius. xi. naturalis historiæ, his uerbis, Malæ homini tantum, quas prisci genas uocabant. xij. tabularum interdicto radi eas in foeminiſ uetates, pudoris hæc sedes, ubi maxime ostenditur rubor. Apuleius in Magia, Purpuris infectas genas & oculos illices. Silius in primo.

Et lumina retro

Genæ. Exæsis fugere genis.

Genæ pilos habent in modū ualli, quos a palpítado palpebras nuncuparunt. Lucretius. iiiij.

palpebrae Brachia palpebræq; cadunt poplitesq; cubanti.

Palpebra Et in his hominum mores physiologi deprenderunt. Nam cum sæpe palpitant, timidam ostendunt, cum uero non con-

siologia. niuent, audaciam indicant maximam. Genæ sæpe intume-

scunt defluente humore superuacuo ad oculos. Is morbus

Epiphora oculorum dicitur. nam & aliorum membrorum

epiphora est. Apud Plinium, epiphoris oculorum illinitur,

sermo frequens est. & L. Columella, Epiphoram supprimit

polenta conspersa mulsa aqua, & in supercilia genasq; im-

posita. Sed de alijs quoq; membris dici Plinius demonstrat

his uerbis, testium uero epiphoris cum ramis laureæ tenere

adeo peculiaris est.

OCVLI

Oculi.



Ntra genas continentur oculi, ab oculendo no
minati. latent enim sub cilijs & genis, quoru
bes diuersi coloris habent pupillā. Vergilius in
Culice.

Naturæ pupula telo

Pupula. Icta leui.

Cuius dimi.